



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola CIV. Ioannis Papae VIII. Ad Frotarivm Archiepiscopvm. Vt ad
Synodum cum suis suffraganeis Trecas veniat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

to hac vice collegio subtraxerit, particeps de reliquo nostræ communionis esse nullatenus valebit. Data vt supra.

EPISTOLA CIV.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD FROTARIUM ARCHIEPISCOPUM.

Vt ad Synodum cum suis suffraganeis Trekas veniat.

Frotario venerabili archiepiscopo Biturigenſi.

AVDITIS denique deploratione atque angustia literis tuæ fraternitatis, quæ vobis ab hominibus Bernardi comitis sunt illatæ, recens dolor priori est augmentatus, & quod tibi sedis tuæ aditus clausus, mihi met ipsi id reputo. Hortamur interim dilectionem tuam patienter sufferre, & ad Trekas cum fratrum coepiscoporumque nostrorum collegio diœceseos tuæ ad Synodum Domino cooperante celebrandam quantocius properare. Ludouici regis amantissimi filii nostri aduentum præstolamur quotidie, inhianteque desideramus. Optamus sanctitatem tuam in Christo bene valere. Data vt supra.

EPISTOLA CV.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD BERNARDUM MARCHIONEM.

Monet vt Frotario aditum ad suam sedem patere faciat.

Dilectissimo filio Bernardo nobilissimo marchionum.

QVIA tempore nonnullos diligimus specialius, idcirco in his quæ nobilitatem vestram Deum offendere cognoscimus, vos paterno increpamus affectu: præsertim de causâ Frotarii venerabilis episcopi, cui, vt audimus, vestri homines iter ciuitatis suæ, ne ad sedem suam ingrederetur, temerarie clauferunt. Episcoporum iudicium, fili carissime, suo tantummodo Dominus seruauit arbitrio, nec de episcopis vult laicos iudicare; vnde monemus dilectionem tuæ caritatis, vt quidquid in hac causâ prædicti episcopi deliquistis, sub celeritate & legaliter emendare studeatis: quia nos illud, nisi pro digna emendatione, inultum remanere nullomodo patimur officio ac ministerio sacer-